



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XXXI. & XXXII. de Imperantibus beneficia per obitum familiarium
Cardinalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

Actum & immediatè post illius præsentationem fuerint expedita, an adhuc
Reg. ista obstat? Idem Mandos. hic quest. 9. probat affirmativam, quibus rationi-
bus, tu ideto.

Nam Executor datus) Executorem ante præsentationem litterarum nulliter
procedere tenuit etiam Rota in una Pampilonen. Illegitimitatis 5. Decembris 1608.
per au. K. P. D. Lusfo. cuius decisio extat apud Farinacium part. 2. decis. 166. num. 11. in
virsj.

Sumptum bulla) Et tale sumptum probat Flam. Paris. lib. 8. quest. 2. num. 20. & lib.
10. quest. 1. num. 19. Pur. decis. 28. de præbend. neque ullius ad hoc opus est citatio-
ne, ut respondit D. Wamehus conf. 133. num. 2. tom. 1. secùs si sit sumptum de re-
gulo supplicationum, quia tale sumptum non facit fidem Bellam decis. 257. Flam.
Lusfo. 2. num. 19.

Et curè dicendum est quòd non) Consule Mandos. hic quest. 17. num. 4. vers. Contra-
ria opinio.

Reges certa scientia) Regula huic derogari posse pulchrè ostendit Mandos.
hic quest. 13. num. 2. & 3. subijcitque derogationem hoc operari, ut litteris non
expeditis commissio causæ jurisdictionem iudici tribuat, lisque pendere dica-
tur, quòd locus esset, si regulæ non derogaretur. Clausula autem derogatoria est
tammodi: Non obstantibus Cancellaria regulis, illa præsertim qua cavetur, ut Com-
missiones non valeant, &c. Cui clausula solet signatura aliam addere quæ priorem
imperatur, videlicet: Dummodo litteræ expeditantur ante terminum ad articulandum,
Et interim non censeatur vera lis, nec sit locus regule de Surrogandis: idque ad compe-
tendam nonnullorum malitiam & ambitionem, qui minus justè lites super be-
neficiis aliorum introducebant, ea tantum spe, ut reo præmoriante, beneficio
regule de Surrogandis in re litigiosa venirent præferendi, Vestrius in praxi l. 3. c.
11. num. 4. Cessante d. clausula non inducitur lis ex sola impetratione commis-
sionis, cum requiratur ipsa citatio, Farin. dec. 81. num. 1. p. 1. in Noviss.

Argumenta in Reg. XXX. INNOCENTII VIII.
qua est XXX. Pauli V.

1. Ac Regula extenditur etiam ad
familiares Cardinalium mori-
entis in Curia Romana.
2. Hæc Reg. non habet locum, nisi in va-
catione per mortem.
3. Hæc Regula non obtinet in renun-

4. tiationibus familiarium Cardinaliũ.
5. Item in vacationibus ob delictum.
6. Familiaris Cardinalis factus fami-
liaris alterius Cardinalis, si familia-
ris ille moriatur, debet requiri con-
sensus prioris Cardinalis.

Pp 3

6. Di-

6. Dicitio *idem* denotat identitatem juris, licet diverſitatem facti, eſtque declarativa, & ampliativa.
7. Familiaris Card. factus familiaris Papæ ſub hac Regula non comprehenditur.
8. Perſona Papæ loquentis intelligitur hic excepta.
9. Familiaris Papæ licet eſſe deſinat, beneficia tamen ejus, quæ tempore familiaritatis obtinebat, mortuo Papæ, remanent ſucceſſori reſervata.
10. An hæc Reg. locum obtineat in Officialibus Sedis Apoſtolicæ, alioqui familiaribus Cardinalium.
11. Appellatione Cardinalium, an comprehendatur Papa.
12. Conſtitutio Cardinalium facta in conclavi, tempore electionis Innocentii circa hanc Regulam.
13. An beneficia familiaris Cardinalis tranſiens ad familiaritatem Papæ ſint reſervata?
14. Legatum pauperibus relictum, intelligitur etiam relictum ſervientibus iſtis.
15. Familiares Papæ qui dicantur.
16. Satis eſt ad effectum hujus Regulæ exprimere per æquipollens nomen Cardinalis.
17. Impetrans debet exprimere nomen Cardinalis, etiam abſentis à curia, licet iſtus conſenſus non requiratur.
18. Cardinalis à curia abeſſe non debet citralicentiam Papæ.
19. Cardinalis abſens à curia privilegio hujus Reg. non gaudet, niſi obtineat prærogativam præſentium.
20. Cardinales abſentes à curia non participant in annatis.
21. Papa conſilium Cardinalium non tenetur.
22. An hæc Regula locum obtineat in ſurrogatione juris familiaris unius Cardinalis.
23. Quando ſtatutum, vel lex poſterior tollat primam.
24. An diſpoſitio hujus Regulæ ceſſet in gratia motus proprii?
25. An ſatis ſit quo ad effectum hujus Reg. quod conſenſus ſuperveniat poſt impetrationem?
26. Familiaris Cardinalis eo mortuo factus familiaris alterius, an conſenſus hujus intervenire debeat?
27. Mortuo familiari Cardinalis præſentis in curia, hujus conſenſus, non illius Card. abſentis cujus ante erat familiaris requiritur.
28. Impetrans beneficium alicujus familiaris Cardinalis à curia abſentis nomen & titulum illius exprimere debet.
29. Sublato uno privilegio, non ceſſatur ſublato aliud.
30. Quid dicendum in Cardinali abſente ex cauſa venationis? vel abſente brevi reverſuro?
31. Hanc Regulam ampliavit Julius III.
32. An vacante officio per obitum familiaris Cardinalis locus ſit huius Regulæ?
33. An beneficia Juris patronatus ſub hac Regula comprehendantur? & quid in Commendatis? quid in beneficiis reſignatis ex cauſa permutationis? quid in beneficiis vacante

bus per promotionem? quid in Co-
adutoris?

Beneficia vacantia per resignatio-
nem non veniunt sub dispositione
huius Regulæ: ut nec beneficia va-
cantia per assecutionem incompati-
bilis, vel professionem religionis,
vel per uxorationem, aut si beneficia
sunt litigiosa.

An sub hac Regula comprehendan-
tur beneficia vacantia ex causa re-
lig. per Regulam de infirmis?

Familiaris Cardinalis ad effectum
huius Regulæ quis dicatur.

Familiaritas ut inducatur, ad minus
durare debet ad quadrimestre con-
tinuum.

Virtus non sufficit, nisi adsit quali-
tas commensalitatatis.

Familiaritas quo pacto probetur.

Familiaritas ad effectum reservatio-
nis quomodo consideretur in civitate
& Diocesi Leodiens.

Hæc Reg. non habet locum in va-
cationibus ob delictum, limita ut
ibi.

Beneficium ibi vacat, ubi privatio
facta est, sive persona quæ delictum
commisit ibi sit, sive non. Familiarita-
tis Papæ præferenda familiaritati
Cardinalis, & licet familiaritas Pa-
pæ morte dissolvatur, durat tamen
effectio.

An huic Regulæ sit locus si cum fa-
miliaritate concurrat reservatio be-
neficiorum de quibus in 1. Regula,
sive in extravag. Ad regimen.

Pontifex creatus an adstringatur,

seu ligetur constitutionibus Cardi-
nalianum in conclavi factis?

44. Non en & titulus saltem Cardina-
lis absentis exprimi debet, etiamsi
consensus illius non requiratur.

45. Cardinalis absens gaudet privile-
gio huius Regulæ, si habeat indul-
tum præsentialitatis.

46. Vicarius Cardinalis absentis, qui
indultum habet præsentialitatis,
consensum præstare potest.

47. Princeps non tenetur sequi consilia
suorum Senatorum.

48. Hæc Regula etiam locum obtinet
in gratia motus proprii.

49. Consensus Cardinalis post impetra-
tionem intervenire potest.

50. Secundus impetrans cum consensu
Cardinalis præfertur primo impe-
tranti sine consensu, aut eo ex post
facto interveniente.

51. Familiaris unius Cardinalis, factus
illo mortuo familiaris alterius Car-
dinalis, utrius consensum requirere
debeat?

52. Si Cardinalis ante præstitum con-
sensum moriatur, quid juris?

53. Consensus Cardinalis de quo in
hac Regula expressus esse debet.

54. Eiusmodi consensus per scripturam
probari debet.

55. Stylus Rom. Curie pro lege ser-
vandus est.

16. Quid si Cardinalis consentire no-
lit?

57. Privilegia & indulta Cardinalibus
concessa temere per Papam revoca-
ri non debent.

58. Bene-

58. Beneficium Principis latissimè interpretandum.

quoad effectum hujus Regule: seu si Cardinalis diu absit.

59. Brevi absens habetur pro presente

*Regula XXX. Innocentii VIII.
quæ est XXXI. Pauli V.*

DE IMPETRANTIBUS BENEFICIA PER OBITUM
FAMILIARIUM CARDINALIUM.

Item voluit quòd impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicujus Cardinalis, tenetur exprimere nomen, & titulum ipsius Cardinalis: & si ille in curia fuerit, ejus ad id accedat assensus, alio desuper gratia sit nulla: & idem servari voluit etiam, si dicti familiares ipsorum Cardinalium, familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similem transferint, quoad beneficia, quæ durante familiaritate priori obtinuerunt, & in quibus ipsi prior familiaritate durante, jus eis competierit, ita quòd ad illa Cardinales, quorum prius familiares fuerunt, suum habebunt adhibere consensum.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit, quòd impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicujus Cardinalis, quòd debet exprimere nomen, & titulum Cardinalis: & si Cardinalis in Curia sit, debet habere consensum illius Cardinalis, aliàs quòd gratia sit nulla, & si non vacat, vari, etiamsi desierit esse familiaris ipsius Cardinalis, vel transferit ad familiaritatem alterius Cardinalis in beneficiis quæ habebat tempore prioris familiaritatis: quia ille debet consentire, & non secundus: hoc dicit ista regula: & venit ad complacendum Cardinalibus, ut possint ipsi, qui habent onera in sustinendo familiam, & laborando pro eis, quòd habeant etiam commodum, ut debeant consentire in provisionibus quas fecerit Papa de vacantibus per obitum familiarium Cardinalium.

Et quia ista regula loquitur indistinctè de beneficiis vacantibus per obitum familiarium Cardinalium indistinctè debent intelligi l. de pretio fl. de publ. juncta leg. i. eod. tit. in princ. idè sequitur, quòd etiamsi familiaris moriatur in curia, oportet servare hanc regulam, licet illa beneficia regulariter sint generaliter Papa reservata, ea reservata

ita continetur in corpore juris in c. 11. de prebend. lib. vi. Tamen Papa imponit sibi ipsi legem in hoc: & sic predicatur in curia: ideo non debet mutari, l. minime ff. de leg. 2.

Item ponderandum est hic verbum per obitum familiaris, &c. Ex hoc sequitur, quod ista regula non habet locum in alia vacatione: quia mors civilis in hoc casu non equiparatur naturali, cum hoc non sit expressum in iure, sufficiat gloss in c. susceptum de re scriptis. lib. vi. Ergo: Et ratio est, quia beneficia familiaris Cardinalis sunt reservata per regulam tertiam, supra: & ideo si familiaris Cardinalis vult renuntiare sive in curia, sive extra curiam, oportet quod collatio fiat per Papam. Et propterea Papa in hoc non vult derogare sua dispositioni libera, quam habet de conferendo sine consensu Cardinalis, &c.

Ex quo sequitur, quod si familiaris facit aliquod delictum in partibus, propter quod est privatus ipso facto, puta simoniam publicam, sive heresim: tunc si unus impetrat beneficium istius, non debet observare hanc regulam, per hoc verbum hic positum: per obitum. &c.

Item si Episcopus in partibus privet eum beneficium suum propter aliquam causam, quod potest facere, licet non possit ea conferre secundum c. postulasti, & quod ibi notatur per Doct. de foro compet. tunc si unus impetret a Papa illa beneficia, non debet servare hanc regulam per predicta.

Et ponderandum etiam est illud verbum: & idem servare voluit. &c. Ex quo sequitur, quod etiam in secundo casu quando familiaris Cardinalis transivit ad alium Cardinalatum, quod si moriatur debet requiri consensus prioris Cardinalis, alias gratia est nulla. Et ista clausula posita in primo responso debet etiam intelligi quoad sequentia, ex quo declaratur, cap. de multa de prebend. Et non curio allegare iura vulgaria, & hoc per hoc verbum idem, quod denotat identitatem juris, licet diversitatem facti, & est declarativum & ampliativum leg. idem est ff. si ager. vert. junctal. 1.

Item ponderandum est verbum hic postquam familiaritatem similem transierit, &c. Ex quo verbo apparet, quod si familiaris Cardinalis transcat ad familiaritatem Papae, quod non debet servari ista regula, quia est exorbitans, facit c. volentes de offic. leg. &c. 7. antiqua de privileg. Item quia persona Papae loquentis intelligitur excepta, c. pen. & 8. cap. venientes de iure iur.

Ex quo sequitur quod ista regula non habet locum si unus fuit familiaris Papae qui postquam transivit ad familiaritatem Cardinalis etiam mortuo Papa: quia illa beneficia sunt reservata a Papa ratione affectionis, secundum constitutionem Papae Pauli, & ideo non debet requiri consensus Cardinalis ad cuius familiaritatem transivit: nam ista regula loquitur de familiaribus Cardinalium, & non de familiaribus Papae, ergo, &c. arg. l. de pretio ff. de publicana. Nam si Papa voluisset intellexisse de familiaribus Papae, expressisset arg. ad audientiam de decim. & sic postea consului per predicta.

Dico idem de collectoribus vel officialibus Sedis Apostolicae: puta de Protonotariis, & 10 familiaribus: quia licet sint familiares Cardinalium, non habet in eis locum ista regula: nam

29 nam

nam reservata sunt Papa tantum per regulam Cancellariae, & non curio de extrag. ad regimen, quia ut dixi supra in III. regula, mortuo Benedicto XII. mortua fuit illa abrogatio propter verba ipsius.

Et licet appellatione Cardinalium comprehendatur Papa ut tenet Archid. in c. siro sancta XII dist. tamen hoc est verum in favorabilibus: sicut in odiosis, arg. l. jus Senatum C. de dig. lib. XII. & quod ibi notatur, licet predicta dicantur fore iuridica, tamen hoc anno LXXV. fuit questio deducta in practica in uno Protonotario, & Scrip. vob. Bullarum, qui fuit familiaris unius Cardinalis: quia illius beneficia fuerunt reservata Cardinali, & non Papa, id est quod requiritur consensus Cardinalis, alias non vult proferri.

Item in quantum hic dicitur, quod nomen Cardinalis debet exprimi, intelligitur quod exprimat, ut Papa sit certus quis sit ille Cardinalis: & factus est: quia non regitur quid ex aequipollentibus sit, l. quamvis C. de fideic. Unde si nescio nomen proprium Cardinalis, satis est, quod dicam mortuum esse familiarem, puta Cardinali Vice-Cancellario Episcopi Portnen. per predicta.

L Item in quantum text. dicit hic, & si ille in curia fuerit, intelligitur quod confertur, tamen etiam si non sit in curia impetrans, debet exprimi nomen illius Cardinalis adferri, & titulum, alias gratia non valet, quia ista copula dirigitur circa diversa, & non conjungit nisi verba & non mentem, sufficit text. cum gloss. in c. 1. §. Episcopum vel Abbatem col. v. & quod ibi dicit Bal. & sic memini me vidisse practicum in curia.

Item ex ista regula colligo, quod etiam si Cardinalis non debet abesse à curia sine licentia Pape, argum. c. filium l. q. 1. & facit gl. in c. nobilissimus x. cv. 11. dist. 1. r.

Men etiam si absit tanquam Legatus, vel alias de licentia Pape, non participant de hoc privilegio, quod videretur facere contra l. hac lege, & contra gloss. ibi, & contra id quod dicitur ibi Bar. C. de proximis sacrorum seriniorum lib. XII. & hoc servatur etiam in mediis annatis Episcopatum, in quibus non participant absentes Cardinales: ipsi tamen sunt cauti, & petunt à Papa licentiam absensandi se cum prerogativis prelatum, & Papa male libenter dat, & est justum, ut non remaneat solus: & quod debet requirere consilium ipsorum, maxime in arduis, licet non teneatur sequi, c. fundamenta §. deest 21 cum gloss. de ele. lib. vi.

Item circa istam regulam vidi practicari in curia, familiaris Cardinalis litigabat cum
 suo alio, & sic pendente facti mortuus, an in surrogatione juris illius per colligantem de-
 beret servari ista regula, tam in expressione nominis Cardinalis, quam etiam de eius consen-
 su: & finaliter fuit conclusum in Rota quod non: quia illud privilegium non derogat pri-
 vilegio Regule superiori xxvii. de colligantib. ergo, & c. pro & contra facit l. in sacru
 l. i. C. de prox. sacr. script. lib. xi. & quod ibi dicit Bar. de duobus statutis: sed
 pro hac parte beneficii, quod dicit Bar. in extravag. ad reprimendum in verb. non
 obstantib. ubi dicit, quod illud quod dicitur per ultimam legem vel statutum non revocari
 primum vel primum, quando in prima est clausula derogatoria; est verum, nisi de ea fiat
 in secunda mentio: sed in alia regula est clausula derogatoria, scilicet quod nullius sit
 roboris, & c. Ergo sequitur, quod cum in ista non fiat mentio de prima in ordine, non vi-
 detur tollere eam, & hoc per l. non est novum & per l. ideoque ff. de legib. Item dicit
 Bar. quod etiam si prima lex non habeat clausulam derogatoriam, tamen non tollitur
 per secundam, etiamsi in secunda sit clausula derogatoria, scilicet non obstante aliqua le-
 ge, si non est omnino contraria prime: sed possent reduci ad concordiam, & sic intelligi ibi
 dicta leges & cap. i. de constit. lib. 6. & allegat bona jura in 3. q. incipiente. Quid
 ergo dices in statuto, in versiculo: sed si statuto: & sic in casu nostro etiamsi pri-
 ma regula non habeat clausulam derogatoriam quoad l. dicendo, non obstante aliqua alia
 lege, tamen non tollitur per istam, ex quo non est omnino contraria, & ista etiam non habet
 clausulam derogatoriam. & sic practicatur in curia.

Item ultra predicta posses reperire cautelam, ut non obset ista regula, scilicet quod sa-
 pper favores signari supplicationem motu proprio: quia ista regula dicit de impetrante,
 ergo aliud esset si motu proprio Papa signentur beneficia facit l. i. C. de pet. 90. sub lib.
 l. i. ff. quod quisque juris in 1. respon. & sic esset cautela pro Papa, qui se-
 cus faceret cum Cardinali, ac etiam pro impetrante est cautela: Sed dubito an Cardinalis
 si esset magni ponderis, faceret declarari contrarium: nescio tamen pro nunc, an si Pa-
 pa declararet in tali casu, tolleretur jus quæsitum hoc pro nunc.

Sed vidi dubitari, an in causa istius regula, sufficit quod consensus Cardinalis interveniat
 ad impetrationem? & in hoc vidi unum in curia dubium: quia unus impetravit non
 habuit consensum Cardinalis, & secundus post, & habuit consensum Cardinalis, & postea pri-
 mus habuit consensum, quis istorum debet preferri? & sui interrogatus de hoc: Sed
 secundus preferatur allego text. in cap. si pro te de rescript. lib. vi. & gloss. in
 cap. per tuas de condit. app. & non dico aliud, quia pendet in Rota questio, sed quoad
 primum caput, credo quod sic, arg. c. si pro te, de rescript. lib. 6.

Item ex ista deciditur dubium, si unus familiaris Cardinalis eo mortuo transivit ad fa-
 miliaritatem alterius, si ipse moriatur in familiaritate, vel extra eam, an iste secundus de-
 beat prestare consensum, ex quo primus est mortuus, qui non potest prestare consensum? &
 pro parte affirmativa, facit c. i. §. si. Ne Sed. vacant. lib. 6, licet loquatur de con-
 scriptionibus: & pro ista parte facit verbum habebunt hic positum, quod est futuri tempo-
 ris,

Tria, sed si est absens, vel mortuus, non potest prestare assensum, ut in d. §. fi. & in primo casu istius regula, ibi: & si ille in curia fuerit, &c. sed pro contraria parte facti glossa in dict. §. fin. & in cap. si pro te, in verbo assensus. Tamen credo quod in curia dicitur primum: & hoc propter Cardinales viventes, qui volunt habere prerogativa, ut idem practicatur de absente Cardinali, cujus fuit primo familiaris ille mortuus, quod Cardinalis praesens in curia: quia consensus praesentis debet haberi tantum: sed de hoc dicto, & an sit verum, cogitandum est.

Item ex hac regula videtur altercari in curia, quod si Cardinalis cujus familiaris est, non absens extra curiam, & impetrans beneficium eius, non fecit mentionem de familiaritate, nec expressit titulum & nomen Cardinalis, nec habuit consensum ipsius, & dicit in dicto, quod non tenetur ex quo Cardinalis erat absens: queritur an impetratio sit subreptitia, quia Cardinalis erat absens & breviter dicendum est quod sic: quia licet non tenetur habere consensum Cardinalis absentis, tamen quia non expressit titulum & nomen ipsius subreptitia: nam hic dicitur duplex privilegium Cardinalis, scilicet quod exprimat nomen, &c. Item quod habeat eius consensum: ideo sublato uno privilegio, non consistit

V aliud sublatum argumentum: domus tua ff. de servitutibus urbium praediorum, & cap. ex tuarum de autoritate & usu pallii, facit glossa in verbo alieno **X** cordoti. cap. omnis de poenitent. & rem. & credo quod sic fuerit sententiam in palatio.

Sed dubium est, si Cardinalis iit ad vocationem ea die, vel ad titulum Episcopatum suum, puta ad Praenestinum, statim tamen volebat reverti, an requiratur consensus eius, & certe prima facie videtur quod sic, argum. §. cervos in l. de rerum div. sed cap. praesenti §. loca de praebend. lib. 6. videtur facere pro & contra, nihilominus tamen crederem primum verius.

COMMENTARIA JO. CHOKIER.

Ista Regula) Plenior est facta hac Reg. per Julium III. ut videre est per ejus ampliationes & limitationes, quas rursus speciali constitutione declaravit sequitur: Declarans praesentem constitutionem locum non habere in illis beneficiis, quae non solum ratione familiaritatis continuae commensalibus hujusmodi, sed etiam ratione officiorum, & quae familiares ipsi tempore obtinuerunt in dicta curia vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuerunt, dicta dispositioni generaliter reservata, vel affecta fuisse apparent. Nec non illos quoad effectum dictae constitutionis familiares eorundem Cardinalium censeri, qui ipsorum familiares continuos Commensales ad minus per qua-

per menses, etiam ante Cardinalatum fuisse probarentur, decernens irritum, &c.

Item idem D.N. ad evitandas lites & contentiones, quæ ex precedenti sua constitutione oriri possent, vestigiis prædecessorum suorum inherendo, voluit, & ordinavit, quod si beneficia, quæ per obitum familiarium continuorum Commensalium eorundem Cardinalium, in futurum vacabunt (cessantibus Apostolicis reservationibus) ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta precedenti constitutione non comprehendantur, quoad hoc ut in provisionibus talium beneficiorum super expeditione litterarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus ille existit, consensus requiri debeat, sed beneficia huiusmodi ad collationem, & quamvis aliam dispositionem Cardinalis Ordinarij Collatoris, ut præfertur litteris, referre censeantur. Et si apud Sedem Apostolicam beneficia huiusmodi per obitum dictorum familiarium vacaverint, tunc in provisione talium beneficiorum super expeditione litterarum illius Cardinalis exigatur consensus, si Romanæ Curia præsens fuerit, ad quem eorundem collatio vel dispositio, ut præfertur, pertinere deberet. Hactenus Constitutiones Julij III. per quas limitari & declarari vides ea, quæ in Innocentij Regula constituta sunt. Nam prædictam priorem Constitutionem, usque ad verba Item idem, &c. limitatur quod in Regula Innocentij VIII. dicitur, videlicet quod consensus Cardinalis requiritur, quando Cardinalis est in curia, & ejus familiaris moritur, tunc Papa non conferre sine illius consensu, limitatur inquam, quia dicta prior constitutio incipit nisi illud beneficium esset generaliter Papæ reservatum, vel ratione officij, videlicet Scriptoris, &c. vel quia est major dignitas in Ecclesia Pontificali, tunc Papa sine alicujus consensu conferret. Per secundam verò constitutionem, quæ incipit Item idem D.N. &c. limitat dictam Regulam in eo videlicet, quod si collatio beneficii familiaris Cardinalis spectet ad alium Cardinalem, tunc collatio liberè poterit fieri ab illo, nec requiratur consensus alterius Cardinalis, in quo erat servitio familiaris defunctus: quia privilegiatus Cardinalis, non debet uti privilegio ad versus alium privilegiatum Cardinalem text. & ibi Bar. in l. quæstiones C. de sacros. Eccl. Rebuff. in addit. ad hanc Reg. Caterùm adverte ab his constitutionibus ne latum quidem unguem ferè recessum esse ab alijs exinde Pontificibus ad nostra usque tempora, quemadmodum ex illorum Regulis videre licet.

Beneficium vacans. Dubitationem hæc movet Quintil. Mandosius q. 2. an vacante officio per obitum familiaris Cardinalis, locus sit huic Regula? Is postquam in utraque partem suo more discussit quæstionem, eam distinctiuncula

Q. 3.

resol.

resolvit ut nimirum non vacent officia merè temporalia, vel mixta, sed tantum Ecclesiastica: tu illum consule: explicatam enim habebis primam partem additionis Julii III. suprascriptæ: quam ne actum agam, studio prætermittam.

C *Indistincte de beneficiis*) Non tamen sub hac Regula comprehenduntur beneficia Juris patronatus per nos. *Mandosii hic quest. 4. num. 5. in si. & seqq.* ut nec beneficia commendata juxta opinionem quorundam *Mandos. quest. 7.* nec beneficia ex causa permutationis renunciata *Gomes. hic quest. 4.* Quid autem in beneficiis familiaris Cardinalis electi in Episcopum? Vide *Mandos. quest. 15.* & quid in coadjutoria cum futura successione? consule eundem *quest. 30. & Gomet. quest. 25.*

D *In alia vacatione*) Et sic beneficia vacantia per resignationem familiaris Cardinalis non veniunt sub dispositione hujus Regulae, de quo exstat Decisio Rotæ apud *Cassad. decis. 16. de prebend.* quod & nos ter hic notat probatque *Flam. Paris. de resign. benef. lib. 7. quest. 28. num. 4. & lib. 8. q. 10. Rebuff. in addition. ad hanc Regul. in pr.*

Item beneficia vacantia per affectuonem incompatibilis, vel cucullæ monastica professionem, vel per vxorationem non comprehenduntur sub hac Regula, quia illa loquitur de morte naturali, non civili, ut nos ter subjicit, & proinde ad mortem civilem extendi non debet: cum Regulae Cancellariæ sint stricti juris, & soque strictam recipiant interpretationem, *Cassad. dicta decis. 16. num. 5. gloss. & DD. in cap. susceptum de Rescript in 6. Auctor. Analyt. Commentary ad Reg. de Infirmis, num. 353.*

Sic nec Regulae huic locus erit, si quis litiget cum familiari alicujus Cardinalis: quia tunc petendo subrogationem non tenetur consensum requirere Cardinalis, quia casus est à Regula diversus *Gomes. ad Reg. de surrogand. q. 5. Rebuff. in addit. ad hanc Reg.* Habebit tamen locum regula in vacatione per obitum in causa de infirmis, nec opus erit exprimere modum vacationis inducæ, *Nicol. Garra tract. de benef. part. 5. c. 1. n. 169.*

Sed an beneficia vacantia ex causa resignationis per Regulam de Infirmis comprehendantur sub dispositione hujus Regulae? Partem affirmativam contra *Gomesium* probat ac defendit *Mandos. hic q. 6. num. 2. & seqq.* motus ea potissimum ratione, quod vacatio per obitum inducæ per Reg. de Infirmis resign. est vera vacatio, & non ficta, contra quam tamen voluit *Gomes.* rationibus quidem quæ solidè à *Mandosio* refutantur. Si igitur familiaris Cardinalis resignet beneficium, deinde infra xx. dies de eadem infirmitate decedat, non potest impetrari per obitum, nisi servando formam statutam per hanc Regulam, videlicet exprimendo nomen, & titulum Cardinalis, sub cujus familiaritate resignans ob. inperat beneficium illud, &c. Ceterum, malè restringit *Gomesius* potestatem

per Papæ, quasi is facere non possit in terminis hujus Regulæ. ut vera sit vacatio per obitum, cum in titulis beneficiorum Papa habeat plenitudinem potestatis, quod & rectè annotavit Auctor Analyt. Comment. ad Regulam de Infirmis sub num. 191.

Beneficia familiaris Cardinalis) Familiares ad effectum hujus Regulæ illi sunt, 36
 & qui continuum apud Cardinales habent victum & habitationem, & qui obsequiis Cardinalium insistentes obsonia illorum etiam extra domum accipiunt, si tamen in necessariis quæ domi, quæ foris illis adsint *Gomes. q. 13. vers. est tamen ultimum*. Añnotandum est, talem familiaritatem seu habitationem ad minus durare debere per quatuor menses & quidem continuos. Requirit enim hæc Regula 37
 continuam commensalitatē per spatium quatuor mensium; ergo non possunt discontinui esse isti menses, sed continui; quod enim uno contextu fieri debet, non valet diversis temporibus factum *l. continuus de verb. oblig. Specul. tit. de his que sunt à Præl. sine cons. 6. Paris. cons. 159. An statuta num. 16. vol. 4.* Nec etiam victum habere, nisi etiam adit æqualitas familiaritatis, *Gomes. d. loco vers. licet verò*: cum plerumque expensæ præbeantur, vel ob elemosynam, 38
 vel amicitiam, quo casu beneficia non cadunt sub reservatione 111. Reg. supra, nisi tamen una cum expensis sit in obsequio Cardinalis: Nam licet expensæ extra domum præbeantur, si tamen domi famuletur, continuus dicitur familiaris Cardinalis, ut not. *Simonet. de reservat. q. 35.* At Leodii ex constitutione Eugéniana dicuntur familiares, qui actu veraciter, & sine fraude essent familiares continui commensales Cardinalium, hujusmodique familiaritas censeri debet durare, quamdiu eorum servitiis insisterent. Probari autem familiaritas debet testibus, non litteris, aut per assertionem Cardinalis. *Abb. in cap. cum dilectus in si. de clericis non resident. Felj. in cap. cum nostra de rescript. late*
Matcardus tract. de probatio. conclus. 756. incip. extat regula Cancellaria. &c. Simonet. de reservat. d. q. 35. Farinacius decis. 681. num. 2. Vide quoque Crescentium *in si. de probat. Mohedan. decis. 2. de rescript. Gabrielium. tract. cum opin. tit. de probat. conclus. 10.* Hypoll. Bonacossa tract. de servis, & famulis, quæst. 4. Farinacium in *pari 2. decis. 656. num. 8.* quæ decisio est Rever. P. D. Coccini in una Astens. *propos. 11. Martij 1615.* ubi insuper fuit dictum quod familiaritas semel probata præsumatur, etiam si familiaris alteri Principi ad modicum tempus inservierit, & decis. 116. coram Rever. & Illustriss. Card. Bononien. ubi decisum extat familiaritatem etiam probari ex rotulo familiarium punctis admniculis: sed in probanda familiaritate Papæ, sufficit sola ipsius assertio, aut ejus litteræ. *Simonet. d. tract. quæst. 36. num. 6.* aded, ut in contrarium probatio non admittatur, *Cap. apen. decis. 385. lib. 1.* quod intellige dummodò talis assertio principaliter in factis ejus proprio sit probata, secus si sit enunciative, & propter aliud emanata, *Roman. cons. 180. num. 3. Simonetta quæst. 36. num. 7.* quem etiam vide *ibid. num. 16.*

num. 16. ubi scribit adhuc familiaritatem probari per unum restem, & communi fama cum aliis qui audiverunt Papam appellare aliquem familiarem. per sandrei decis. 134. lib. 3.

F *Non debet observare*) Ad stipulatur Boetius decis. 206. num. 9. ubi dicit regim hanc non extendi ad casum privationis ex delicto, dummodo tamen privatio fieret in curia, Gomez. hic qualt. 7. quia si extra eam, cessat difficultas, ex quo inferretur vacare beneficium ubi quis privatur, Roca decis. 28. in antiq. quod verum, quando est ibi persona, ubi privatur: quia si esset alibi, conferretur vacare ibi, ubi est persona: ceterum à Gomezio in hoc dissentit Simonetta d. null. quast. 29. num. 5. & 6. ubi auctoritate Mandosi scribit beneficia privati ibi vacare, ubi privatio facta est, etiam si persona qua privata est, sit extra privationis locum.

G *Familiaris Pape*) Vide quæ apposite de hac re scribit Cassad. decis. fin. de Præbend. & in terminis hujus quæstionis videatur decisio Rota 1251. apud Seraphinum de Anno 1597. Decemb. 15. in qua fuit dictum, quod beneficia Nicolai de Genga familiaris Cardinalis de Sabellis, & qui sub eodem Cardinale fuerat conclavista tempore electionis Sixti V. quique post obitum dicti Cardinalis de Sabellis, & vivente adhuc Sixto transierat in familiaritatem Cardinalis de Angonia fuisse s. Sedi reservata etiam post mortem Sixti; utporè quod familiaritas ejusdem Sixti sit preferenda posteriori Cardinalis, quod majus lumen offendet minus, & quod beneficia semel affecta semper manent affecta. Neque obstat, quod Conclavista videantur ficti familiares Pape, quia fuit resolutum, quod Conclavista fuerint creati à Sixto V. veri indubitati, & non ficti familiares, & mandat eos haberi pro talibus cum decreto irritanti, & clausula sublata. & in casu non admittitur probatio in contrarium: nam Pape attestatio de factio proprio, probationem in contrarium non admittit Caputaquen. Decis. 386. lib. 3. Simonetta de Reservat. q. 36.

H *Vel Officialibus Sedis Apostolica*) Maxime per declarationem Julii III. super scriptam in pr. quæ vult huic regulæ non esse locum, si cum familiaritate, de qua in Regula, concurrat reservatio ratione officiorum, de quibus in 1. Regula, & in Extravag. ad Regimen. vers. ac etiam de Præbend. Et proinde valebit collatio Pape absque consensu Cardinalis Cassad. decis. 9. de præbend. Rebuff. in addit. ad hanc Reg.

I *Propter unam commissionem*) Summus tamen Pontifex non adstringitur necessitate ad istas conventiones seu constitutiones Cardinalium in conclavi factas ex opinione Abb. in c. sicut nostris in 3. not. vers. ex hoc habet, de jur. jur. Bar. consil. 1. lib. 1. per tot. quorum sententia si vera est, tuta non erit opinio Alphonsi nobili, quam propterea non probat Cassad. Decis. ult. de Præbend. num. 7. in fi. quod

quomodi constitutio, cuius meminit Alphonfus, tempore electionis INNOCENTII VIII. per Cardinales facta non exstet: & ut exstaret, ab ea recedere potuerunt alii Pontifices, præterquam quòd legibus, non exemplis sit iudicandum, *l. Nemo iudex C. de sent. & interl. om. iud.*

X. Ad familiaritatem familiarium) Vide que notavi ad Reg. 3. supra in verb. *Beneficij familiarium aliorum familiarium.*

Ritibus non sit in curia) Licet absentis Cardinalis consensus non requiratur in impetratione beneficij familiaris Cardin. tamen nomen & titulus exprimi debet: quia Regula juris est, quòd sublato uno ex duobus, non censetur aliud removeri glossi. *Si domus ff. de servit. verb. præd. cap. ex tuarum de Auct. & usu pall. Gomez. hic q. 1. c. lacè Mandos. quest. 21.*

Non participat de hac privilegio) Fallit, nisi absens habeat indultum præsentia-
45
litatis, per quod absentis conceduntur omnes prærogativæ, favores, & gratiæ ac privilegia, quibus gaudent Cardinales præsentis, quo casu illius Vicarius conventum præstare poterit Gomez. *hic quest. 22. Mandos. quest. 23. num. 5.* quo in lo-
46
cutionem hanc variis firmat argumentis, quæ videto si ulus postulat; ut & Auz. *Germonium in suo eleganti tractatu de indultis Cardinalium.*

Non tenentur sequi) Humanitatis enim est, non necessitatis consilia à Senatori-
47
bus exquirere: unde Theodosius inquebat: Humanum esse edita fieri consensu Senatorum *C. de leg. l. Humanum & ibi Cynus Boni. de Vito in præm. clem. 8. hæc sanè num. 36.* Plura hæc de re videto apud Illustriss. Card. Palæotum in tract. de Sacri
48
Consilij. *consultat. part. 1. art. 4.* ubi querit, an Papa utens plenitudine potestatis teneatur necessariò consilium Cardinalium requirere; & resolvit cum distinctione, ut si ex consilij petitione possit Resp. incommodari, Papam in eo petendo minus esse adstrictum, verbi gratia, si res in consilio proponenda moram non portatur, vel periculum aliquod inigne immineret si res detegeretur, vel quid simile. Si verò nullum damnum sequi possit ex consilij communicatione, tunc dicunt Cardinalium sententias explorare debere: cum hæc consilia non in detrimentum, sed in præsidium ac robur Pontificiæ dignitatis fuerint instituta: quod nunc prodesse potest, minimeque nocet, evidens est a sapientibus viris semper amplectendum esse. Ita Illustrissimus Cardinalis Palæotus *d. loco & art. 5. 6. 7.*

Conclusum in Rota quòd non) Idem sentit Gomez. *ad Reg. de Surrog. col. litig. quest. 2. & ad hanc Reg. quest. 3. & Mandos. hic q. 9.* ubi quoque idem esse scribit in Gratia si neuris, quibus argumentis videto.

Supplicationem moris proprio) Immo quòd non obstanre clausula moris proprii
48
obstet hæc R-g. impetranti ben. famil. Card. sine illius consensu multis probat rationibus Gomez. *hic quest. 1. vers. Quid dicendum?*

R7

Post

- Q** Post impetrationem) Partem affirmativam acriter tuetur Mandos. hic *quest. 17. num. 5. 6. & seqq.* cui adde Gomef. hic *quest. 28. vers. sed omnibus d. missu: quam curia & cancellaria Rom. receptam esse scribunt, faciunt not. Farinacii Dicit. 272. num. 13.*
- R** Quid secundus praeferatur) Et cum eo Mandos. hic *quest. 18.* qui adversus Gomef. *quest. 29.* concludit secundum impetrantem consensum Cardinalis prius obtinentem praeferrere debere, & ejus gratiam solum subsistere, non autem gratiam primi impetrantis, & consensum hujusmodi postea obtinentis.
- S** Item ex ista deciditur dubium) Super hac quaestione vide subtilissime Gomef. hic *quest. 18.* qui quod proclivius quaestione solvat, illam in varios articulos & casus distinguit, quos si libitum est, videat Lector cum Mandosio *q. 29.* quibus addat Achillem de Grassis *Decis. 378. super hac Reg. quo in loco affirmativam cum nostro Glossographo tuetur.*
- T** Vel mortuus) Quid juris si ante praescriptum vel obtentum consensum moriatur Cardinalis? Vide Mandos. *quest. 20.*
- V** Dicendum est quod sic) Hanc Auctoris nostri opinionem sequitur Gomef. *quest. 16.* quam Rotae auctoritate firmat.
- X** Habeat ejus consensum) Et quidem expressum: consensus enim de quo in hac Reg. expressus esse debet, ut tenet Rota *decis. 15. de off. deleg. in No. Put. decis. 1. ad hanc Reg. Flam. Paris. de R. sig. ben. lib. 8. q. 10.* Ideo ejusmodi Cardinalis consensus per scripturam probari debet, quando litterae expediuntur, atque ita servat stylos Rom. Curiae, qui pro lege servari debet. C. *quam gravi de crim. falsi. arg. text. in cap. pro recta vers. cum igitur de Confirm. util. vel inutil. Abb. & Felg. in cap. ex parti. de Rescript. Lud. Rom. cons. 376. questio est num. 12.* Quod si Cardinalis provisioni per Papam factae nolit consentire, tum non ad superiorem recurreretur, ut vult Gomef. *quest. 30.* quia nusquam hoc in jure cautum reperitur, ut Cardinalis recipi possit ad consentiendum teste Mandos. hic *quest. ult. sed Papa huic Regulae nominatim derogare debet, quod rarenter admodum facere solet, ne quod meritis Sac. Rom. Eccl. Cardinalibus concessum est privilegium, inane, elusorium, & temporale reddatur, quod esse non debet. Zafius in l. Si a colono num. 23. de verb. oblig. Gonz. ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 9. §. 2. num. 11.* licet enim privilegia a Principe revocari possint, seu iis ipsi derogare possint, etiam sine causa, non tamen debet iis derogari si concessa sunt, personis benemeritis, quales sunt Illustres Cardinales, qui toti Orbi praevalent, ut stellae in firmamento Bal. in l. qua ex revelationibus not. 3. C. de leg. Curt. jun. cons. 174. num. 4. Decius cons. 186. & 292. num. 7. & ista regula contra Principem tanquam beneficium Principis est extendenda ad not. in l. beneficium, de constit. Principum.
- Y** Videtur quod sic) Hanc quoque sententiam probat Mandosius hic *quest. 22. num. 2. in fi. & seqq.* quam tamen sic temperat Gomef. hic *quest. 17. in fi. cum 19. modo*

modo Cardinalis longo tempore non sit absens : quia tunc consensus ejus non erit necessarius : ratio est, quia talis absens reputatur pro mortuo ; inquit, per mot. DD. in cap. Presentata de Testib. lo. And. in cap. Si contra de off. deleg. in 6.

Argumenta in Reg. XXXI. INNOCENTII VIII.

- 1. In Bullis Apostolicis non ponitur signatura fiat, vel concessum.
- 2. Intellectus hujus Regulae.
- 3. Haec Regula extenditur, etiamsi habens signaturam per concessum sit posterior.
- 4. Item etiamsi habens per concessum sit graduatus, vel aliis privilegiatus & habens per fiat non sit talis, & num. 14.
- 5. Generalis locutio generaliter intelligenda.
- 6. Generalia verba non extenduntur ad ea, de quibus non est dictum vel cogitatum.
- 7. Limitatur haec Regula, nisi habens per fiat surreptitio impetraverit.
- 8. Quod nullum est, nullum potest producere effectum.
- 9. Limitatur rursus haec Reg. nisi habens per concessum esset prior tempore.
- 10. Papa non intendit tollere jus quatuor alteri.
- 11. Datarius non potest lacerare suppletionem signatam per concessum : nec in Cancellaria potest arrestari ad instantiam partis.
- 12. Regula haec in quibus differat a Regula moderni Pontificis. Signatura fiat ut petitur significat gratiam de praesenti.
- 13. Regula xxv. de non judicando juxta formam supplicat. quando cesset.
- 14. Habens per fiat praefertur habenti per concessum, etiam graduato vel privilegiato.
- 15. An haec Regula locum habeat in pensionibus ac signaturis ad beneficia vacatura.
- 16. Habens per fiat praefertur habenti per concessum etiamsi sit possessor.
- 17. Prior in data si sit, habens per concessum praefertur habenti per fiat.
- 18. Limitatur haec Regula, ut non procedat in concursu gratiarum sineutri.
- 19. Uter praefertur, an habens per fiat motu proprio, an verò per fiat ut petitur.

Rr 2

Regu.